Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



109.

parvulos dnus: humiliatus sum et liberavit
me. Conuertere anima mea in requiem
tuam: quia dnus benefecit tibi. Quia eri-
puit animam meam de morte et oculos meos
a lacrimis: pedes meos a lapsu. Placebo
dno: in regione viuorum. An. Inclina-
uit dominus aurem suam mihi. Psa.
Credidi propter quod locutus sum: ego au-
humiliatus sum nimis. Ego dixi in
excessu meo: omnis homo mendax. Quid
retribuam dno: pro omnibus que retribuit mi-
hi. Calicem salutaris accipiam: et nomen dni
inuocabo. Vota mea dno reddam coram omni
plo eius: pretiosa in conspectu dni mors
sanctorum eius. O dne quia ego seruus tuus:
ego seruus tuus et filius ancille tue. Di-
rupisti vincula mea et tibi sacrificabo ho-
stiam laudis: et nomen dni inuocabo.
Vota mea dno reddam in conspectu omnis
populi eius: in atriis domus dni in medio
tui ierusalem. An. Credidi propter quod locutus sum. Psa.
Laudate dnm omnes gentes: laudate
eum omnes populi. Quoniam confirmata
est super nos misericordia eius: et veritas dni manet